

pluribus vulneribus confossus est. Cadaver eius in forum tractum et diu ludibrio habitum / cum plerique more ferarum eorum eius dentibus laniassent. cruoremque bibere non horruissent tandem exustum est / Apud Florentiam per id tempus Sanctus latebat Hercules Bentiuolus quem quondam Eugenius pont. max. interfici siue iusserat siue permiserat filius extra matris uterum natus. pauperem vitam lanificio ducens / nec satis gnarus / quo patre genitus esset: hunc Bononienses euestigio vocant. recusantem et quodammodo iuitum in patriam ducunt. equidem ex lanificio faciunt. tutorem Hannibalis filio rei pub. principem tradunt. Cuius ea in rebus aduersis fortitudo. ea in secundis moderatio hactenus ostensa est. ut Hercules filium omnes noxint / qui cum exules per perditionem nocte quadam urbem intrassent ac exercitus rumore quasi victores insaltassent. haud quaquam destitutus animo exercitus amicis. correptis armis in eos prosiliit: nec mora victos / cecis captisque pluribus / ex ciuitate deturbauit. Bessarion eo tempore Cardinalis Ricenus natione grecus prudentia singulari et nostra suaque lingua peritissimus Nicolai quinti pont. max. in ea urbe vices gerebat: qui usque ad ipsius pontificis obitum legationis functione nobilitati plebique iuxta carus fuit. quamuis eo deducta ciuitas est. ut legati papae rogare magis quam imperare queant. quod plane nunc expit: Ludovicus sanctorum quatuor coronatorum Cardinalis legatus. qui quibus ingenio valet: et ea praeditus est auctoritate. que summi sacerdotis nepoti debetur. non plus tamen in urbe potest / quam ienae placet et Sancto. ¶ Florentiam urbem in festulanis ruinis ad ripas Arui fluminis conditam / prisca homines fluentiam vocauerunt. que cum auspicio fundata felicibus vicinis per circuitum ciuitates excellere mirisque modis imperium peragere cepisset. Florentia longe melius quam fluentia dicta est In hac urbe. pont. max. Eugenius quartus id concilium quod Ferrarie cum grecis ceperat magnifice consumauit. Erant